

itaque potestas adest, dum corpus valet, dum ratio viget, peccato dominare; si aetate prohibuit, a peccato desistis, debilitati gratias agendum, optine non cessante bonos laudamus. Quis tibi citae terminum facit? quis senectutis metum terminavit? quis apud te tam fide dignus futurorum sponsor? non vides pueros saepe innumeris ab ubere rapios? non aetate floridos mori vides? nullum certum terminum habet haec vita: quid expectas, beneficio febris poenitere, quando nec salutaria verba loqui, nec tamen audire commode poteris? morbo caput occupante, non manus in coelum tollere, non in pedes erigi, non genua adorando flectere, non commode doceri, non secure, ac libere constiteri, non cum Deo convenire, non cum adversario decertare, dubitantibus etiam praesentibus, num gratiam sentias, an sine sensu, quae ogantur accipias. Chananaeam imitere, qui habes animam in mundo spiritu occupantem: magnus enim demon patitur, misericordiam invenit, qui autem peccat, odium contrahit. Itaque quancvis extra gratiam sis, clama, dic miserere mei, non labia movendo, sed mente vocem emittens. Ubi prompta voluntas, nihil est, quod impediat: qui vocat abunde exposita, modo impedimentum cessat. Unus est prohibens, qui nobis ad salutem obstruit viam: ille, inquam, torporem, ac desperationem nobis inticit, ne nos ad opus sanctum exurgamus, ille vana spe corda nostra detinet. An non hodie peccare, eras vero iuste agere, pietatem differre, nos cohortatur? Idcirco Dominus eius occurrens insidiis, Hodie, inquit, si vocem meam audieritis, nolite obdurare corda vestra: ille vero ait: mihi hodie, eras Deo. Dominus contra: Hodie vocem meam audite. Nosce, obsecro, inimici dolos: ut omnino, statimque a Deo avertaris, consulere non audeat, novit enim hoc graece admodum Christianis. Verum artibus insidiosis aggreditur: serpens est, et ad decipiendum argutus. Intelligit enim, quemadmodum nos homines praesens libenter recipimus tempus, omnisque actio humana in praesens contendit, atque spectat: quamobrem hodiernum tempus nobis furatur astute, et spem facit crastini. Postquam crastinum venerit, rursus malus divisor hodiernum sibi, crastinum vero Domino dari petit, sicque continuo diem de die trahens, voluptate praesenti, et spe frugis nostram subducit latentem vitam: certa pro incertis relinquit, spem certam in vanam commutes. Vide, ne te tuorum consiliorum piget, cum te sera, nihilque tibi virginitas exemplum: illas oleum in vas non habentes, quando sponso ire obviam oportuit, tunc necessaria defecere senserunt, ideo fatuas eas evang. vocat; quoniam dum tempus ferendum erat olei, id prodigendo, comedenoque absumentes, extra fores sunt eiecitas, et a sponsi pulchritudine prohibitas. Ne igitur, et tu frater, annum de anno, mensem de mense, diem de die trahas, et oleum, luminis nutrimentum negligens, in diem, quam non expectas, quandoque incidas, ac te beneficiendi occasio, vita deficiente destitut, et morbo praevalente, in animi angustia constitutus, a medicis, domesticisque deseraris; quando, inquam, extrema erit

anxietas, febrisque ardore viscera adurentur, dolens miser, dolens corde poenitere, nec habebis qui condoleat, sed tantum tacito, inexplicatolique murmure mussitabis apud te, dicens: quam contempta est mea stultitia. Quis stupidius, ac lethali somno oppressum admoneret? Propinquum? at hi maerebunt. Alieni? at hi despicient. Amici? at hi talia memorando, et turbare verebuntur, scilicet, et medicus decipiet, nec tu vitam omnino desperabis, cum natura maxime omnibus desideretur: mors irruet, te rapientes, statim adcolant; quis liberabit? Deus tibi despectus? At, inquit, me tunc exaudivit, tu vero nunc non ipsum audis. Ne miser decipiaris, nemo te inanibus seducat verbis: adertit tibi repentinum exitum, ac interitus similis procellae te evertet. Vaniet angelus tristis, per vim tuam sapiens tot peccatis irretitam animam; teque demum magnopere cruciatum, et abegre voce querentem, praectus lamenti vocis organo ad nigra tartara deducet. Heu quantum tempus afflictabis, quantum praeteritorum poenitentia consiliorum suspirabis; me miserum, dices: cur peccatorum gravissimam hanc sarcinam, cum licuerit, non abieci? me miserum, qui haece peccatorum sordes non abui: quot peccatis sum commaculatus? O praeca mea consilia? ob brevem peccati voluptatem, in aeternum erucior? ob carnis modicas delicias, aeterno tradar igni? O iustum Dei iudicium! vocatus eram, nec audiebam; docebar, nec attendebam. Homo, si gehennam metuis, si regnum affectas, ne vocationem aspernare. Sed absque mora Deum quaere. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA X.

Ostendimus a primordiis constitutionis mundi delisse Ecclesiae suae disertissimos magistros, variasque academias instituisse, in quibus illi sinceram doctrinam docerent. Unde, et Christus Dominus Hebraeorum academiam suam praesentia mirifice honorare voluit in illa verba: Invenierunt scelerem in medio doctorum audientem, et interrogantem eos.

Magnam felicitatem semper arbitratum sum, non nisi divino beneficio mortalibus concessam, idoneos nancisci magistros, et scientia conspicuos doctores, qui doctrinae suae lumine, ignorantiae tenebras ab hominum mentibus expellant. Unde Deus optimus maximus, cui summa est providentia, singularem curam habuit, ut a primordiis constitutionis mundi non deficerent Ecclesiae suae praeproptores, et magistri, eam salutis viam docentes. Primus parens Adam, ut auctor est Magister Sententiarum (2. Dist. 23) tum verbo, tum scripto doctrinam tradidit, humanam pariter, et divinam scientiam continentem; ex qua schola prodiit Enos, cuius aetate, cum paucissimi Deum palam colerent, ipse unius veri Dei cultum publice praedicare inchoavit: in hoc enim sen-

su intelligit eard. Caecitatis illa verba (Gen. 4): *Iste coepit invocare nomen Domini.* Noe deinde fuit summus sui temporis theologus, qui cum Mathusaleo Adami discipulo perfectissimam didicet scientiam, natus enim est anno mundi 1056. potuitque cum Mathusalem annis non minus 5600. versari, et quam ab illo hausit divinarum, humanarumque rerum sapientiam, mundo post diluivium reparato, tradere coepit, quod et fecit: fuit enim parens alter generis humani, de quo (Ecl. 44) scriptum est: *Testamenta saeculi deposita sunt apud illum, ne deleri possit diluivio omnis caro;* hoc est, pepigit cum illo foedus Deus nunquam violandum, de hominibus nunquam aquarum inundatione extinguendum. Profecto decens fuit, ut sicut Adam, qui nascente mundo adfuit, coetorum hominum doctor existeret; ita Noe, qui, ut Hebraei affirmant, tres mundos vidit, et expertus est, hominum genus coelesti instrueret philosophia: quot viderit mundos, si roges? tres dico. Unum corruptissimum ante diluivium; alterum in ipso diluivio, in quo pauci in Arca, idest, octo animae salva factae sunt; tertium, veluti ex aquis emergens, et prolem felicem, scilicet, erudiendi munus a Noe ad filium eius Sem translatus est. Videtur enim gymnasio praefuisse, in quo illi pietatis alumni, et verae sapientiae cultores aures darent. Eius auditor exstitit Iacob, ut plerique interpretes affirmant, exponentes illa verba (Gen. 25) habitans in tabernaculis, ut mirum non sit, cum tanti magistri ductu insignem complexum esse sapientiam, ad quam alioquin quasi natus indicatur, dum (Gen. 27) lenibus, et mollibus carnibus praeditus, doctissime describitur, haec quippe, auctore Aristotele (in physiognomia), boni sunt ingenii indicia: non sic Esau, qui in morem pellis, hyspidus natus est, vel, ut transferant septuaginta interpretes, pilosus; Chald. sicut palium pilosum. Quare Iacob lactatorem nomine ipso praefert, quippe non viribus corporis, ut Esau, contra animantes, et feras, sed animi fortitudine, quae comitem habet sapientiam, contra vitiorum monstra decertare didicit. Dum ergo de illo scriptum est: *Vir simplex habitabat in tabernaculis:* alii vertunt: *vir integer minister domus doctrinae,* ut significatur, quod oneculus, ut Hebraei adnotant, ipsum fuisse, unum ex praecipuis auditoribus, qui rerum divinarum, et pietatis studio vacantes, scholas theologiae, quibus praecerant Sem, et Heber, aut, ut alii malunt, Melchisedech, utiliter frequentabant. *Viderat enim,* ut dicitur (Ecl. 6), *sensatum,* et *evigilabat ad eum,* et gradus ostiorum illius exerebat pes eius. Abrahamus insuper creditur, auditor fuisse utriusque magistri Sem, et Noe; supervixit namque Noe diluivio annis 350. Abraham vero natus est anno 294. post diluivium, atque adeo agere potuit cum Noe animi sex supra quinquaginta, ab illiusque ore sinceram fidem, et rerum divinarum, humanarumque perfectam sapientiam percipere: neque hoc tantum, sed a filio quoque eius Sem, qui patri in magisterio successit.

Ex hoc discipulatu eximius Abraham theo-

logiae magister evasit, adeoque ceteris sui temporis praestitit mortalibus, ut ex eo in Chaldaeos, in quorum ipse regione natus, et educatus fuit, sapientiae fama, et antiquitatis opinio refulderit: scribit enim Eusebius (lib. 9. c. 4. de praep. Ev.), Abrahamum natum esse in Camera urbe Babyloniae, quam alii appellant Ur Chaldaeorum, Locum, in quo Abraham fidem, et religionem docuit, non unus fuit: primum namque apud Chaldaeos, unum solum Deum totius orbis moderatorem religiose colendum esse pro concione testatus est; parum curans inveteratam illius gentis de inanum Deorum multitudine opinionem. Hinc, eum a Chaldaeis, qui ipsi divinos deferabant honores, quod eam superationem abominaretur, in ignem coniectum, et miraculo liberatum tradunt Hebraei, et d. Hieronymus tradit (Gen. 11), Lyranus, Burgens. Rabbi Moyses (in suo doctor. perlex. c. 30). Saul, qui hanc traditionem fabulis iudicis annumerant; si tamen Ioseph creditus, vel, id, quod traditio prohibet, vel aliquid simile Abraham theologiae professori accidisse comperit est. Sic enim (l. 1. antiquitatum c. 8) scribit: *Primum omnium ausus est praedicare, unum esse Deum universitatis conditorem, hoc vero, ex terrae, et maris observatione colligebat, tum eorum, quae circa solem, et lunam, et reliqua sidera videntur accidere. Quamobrem eum Chaldaei, Mesopotamiaeque ceteri contra eum insurgentes, consilium migrandi cepit. et quod voluntate, ac favore Dei fretus, Chananaeam tenuit, ubi Deo struxit aram. Quare id mihi pro comperito est, Abrahamo eum Chaldaeis de cultu unius Dei, et de vera religione grave fuisse dissidium. Unde spectata significatione vocis, Ur, quae non solum ignem, sed doctrinam quoque sonat: considerato etiam Chaldaeorum nomine, quod non tantum ad gentem, sed ad professionem quoque syderalis doctrinae refertur solet, potest locus ille (Gen. 13): *Ego sum Dominus, qui eduخي te de Ur Chaldaeorum, in qua vixi, eduخي te de doctrina Chaldaeorum,* quod et vulgato interprete Isaiae (c. 24) factum adverte: *In doctrinis, inquit, glorificate Deum.* Igitur verae sapientiae magistrum ab uno Abrahamo ductum in Patriarchis usque ad Moysen conservatum est. Quare dum audis (Gen. 13) habitasse eum iuxta convallam Mambrae, crexisseque ibi altare, et c. 21. plantasse nemus in Betsabee, et invocasse ibi nomen Domini: fas tibi eri opinari, Abrahamum tantquam in publico gymnasio malotius, ab pomeridianis scholis veri Dei cultum illis locis docuisse; nec ad indigenas solum, sed ad hospites etiam, quos cibo, et potu liberaliter reficiebat, eum fructum manasse: iam illum in Sichem, et in convalle illustri doctoris munus obisse, id argumento est, quod convallis illustris dicitur, idest, *quercus doctoris:* nimirum, quia in loco nemoroso domo doctrinae, et gymnasium habuit, in quo eos discipulos ad divinarum rerum cognitionem erudit, quos Scriptura videtur appellare, animas, quas fecerat in Aram, iuxta Onchelum, qui animas intelligit, quas subiecerat legi a Sara muliere in veri Dei cultu fuisse institutas: quid quod*

nomen ipsum Abraham significat *patrem sublimem*, id est, rerum, quae in sublimi sunt, in astris, scilicet, et nubibus professorem? Abraham vero, interposita libera a idem est, atque Pater electus vocis, quae ethyologia ad sapientiam, et docendi munus refertur.

Grassule in Chananaeorum terra fame in Aegyptum profectus est, ubi et necessitati suae consuluit, et Aegyptiorum innumeros veracae doctrinae magisterio errores confutavit; nam, cum ea gens, ut inquit Iosephus (*lib. 1. antiquit. cap. 9.*), in diversis ritibus, et opinionibus facta esset, et collisio inter se eorum de religione sermones, et a seipsis confutatos, vanissimos esse, nihilque proprus veritatis habere declarabat. Ob has disceptationes in pretio habitus, ut qui magnam iam intelligendi, quam docendi facultatem haberet, et numerorum scientiam, et sperum benigne illis communicavit: nam, et ante Abrahami ad se adventum, Aegyptii rudes erant huiusmodi disciplinarum, quae a Chaldaeis ad Aegyptios profeculae hinc ad Graecos tandem pervenerunt: haec Iosephus; cui concionit Cyrillus, et explicans illud Isaiae (*c. 19.*): *Concurrere faciam Aegyptios adversus Aegyptios, et Eusebius (lib. 9. de praepar. evang. cap. ult.)*. Isaia praeterea loco citato sapientiae Thanaeos, et Memphaeos idcirco commemorat, quae gymnasia, et academiae Aegyptiorum in his potissimum urbibus efflorebant, quoque honore habitae sunt, ut ad eas invensadas Orpheus, Musaeus, Didalus, Pythagoras, et Plato longi itineris, quod conficiendum erat, non horruerint molestias, ut auctor est Diodorus.

Ioseph patriarcha in Aegyptum, postquam a fratribus stimulatis invidia, Ismaelitis venditus, est asportatus, sedem regiminis proxime, et secundum regem supremi obtinuit, simulque Patres magistros verae doctrinae sibi assumpsit; quod factum est, ut Pharaonis, et totius aulae principum pater, sive magister appellaretur: quod expressit regius Yates (*Psal. 14*) illis verbis: *Constituit eum dominum domus suae, et principem omnis possessionis suae, ut crudiret principes eius, sicut senetipsum, et senes eius prudentiam doceret.*

Doctrina a patriarcha Ioseph in Aegyptio tradita ipsis Aegyptiis, si de vera theologia sermo sit, diuturna non fuit; solum in duodecim patriarcharum filiis radices iecit, quibus prae numerositate gentis, et regionis amplitudine, non multi indigenae accesserunt. Unus Moyses inter omnes patriarcharum pastores, patriarcha etiam ipse, et propheta, quae partim a maioribus didicerat, partim Spiritus divini afflatu hauserat, aliis, tanquam magister, ex suggestu tradere instituit, atque ut utilitas ad Hebraeos iuxta, et Aegyptios maneret, divinarum rerum scientiae humanam copulavit eruditionem, eruditus, inquit s. Stephanus (*Act. 7.*), *omni sapientia Aegyptiorum erat, potens in verbis, etc.* quod in causa fuit, ut plerique Moysen, Mercurium Trimegistum, scientiam, qua ceteris sui temporis sapientibus excellit, demeritali, existimarint. Mihi vero probabilis est, quod Euseb. (*lib. 9. de praepar. evang. cap. ult.*) scribit, qui suffragatur August. (*in lib. 18. de Civit. Dei cap. 8.*) Moysen Mercurio Trimegistro,

magni Mercurii nepote fuisse antiquiorem. Porro eximiae doctrinae, quam profitebatur, plurima vestigia relictis sunt, non solum apud Aegyptios, inter quos natus, et educatus multos annos vixit, sed etiam apud Arabias gentes, et Medianiticas. Sufficiat tandem dicere, quod (*cap. 1. lib. Pyth. Aeth.*) habentur haec verba: *Moses accepit legem de Sinai, et tradidit eam Iosue filio Nun iuvenis: non movebat se e medio tabernaculi, et Iosue tradidit eam senioribus, et prophetis: prophetae vero tradiderunt eam viris synagogae magnae, etc.* Rabbynus Moses Malcolti in praefatione super librum magnum praeceptorum: *Moses, inquit, accepit legem ex ore ipsius Domini mundi de Sinai, et tradidit eam Iosue, quia sic scriptum est: et ministrabat ei Iosue filius Nun iuvenis: non movebat se e medio tabernaculi, et Iosue tradidit eam senioribus septuaginta, iuxta illud: et servavit Israel Domino omnibus diebus Iosue, et omnibus diebus senum.* Alque ut in electis discipulis tantum magistri scientia propagaretur, Concilium 72. Senum, quod Saneidin appellatum est, instituit, in quo recondita theologiae dogmata, et philosophiae praecepta scitu dignissima, toto Iudicium tempore conservata sunt. Post Moysen successit Otheniel, qui, tanquam doctor insignis, legis doctrinam tanquam vera eius interpres docebat, et intermissam, atque corruptam illo aere disciplinam reparavit; civitas autem, ubi erat eius academia, *Cariat Sepher* vocabatur, quae *Ficus literarum* interpretatur, ut Iosue (*cap. 15.*) legitimus: sic enim habet sacer textus, de Otheniel loquens: *Iuda ascendens, venit ad habitatores Dahir, quos prius vocabatur, Cariat Sepher, id est civitas literarum.*

Post hos, sapientissimi doctoris nomine sacrae litterae Davidem cohonestant, si d. Hieronymum (*in trad.*) auscultamus: ait enim, verba illa (*lib. 2. Regum, cap. 23.*): *Sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres, ipse est, tanquam tenerimus ligni vermiceus, qui oclingenlos interfecit impetu uno, intelligenda esse de tribus Davidis ornamentis: sapientia, humilitate, fortitudine: atque ad haec tria referri, quod num. 19. eodem capite subiungitur de Abisai, et nu. 23. de Banaia, nempe quod ad tres primos, id est, ad tria Davidis virtutum decora a nullis illius militum, aut ducum pervenit. D. Hieronymo suffragatur Rupertus, Rabanus, et Lyranus, qui adnotavit, praedictis verbis magis laudari Davidem a sapientia, quam a fortitudinis ornamento, cum cathedra sedem praebat sapientiae professoribus. Additque verniculis similitudinem, nescio quid delicatum, et acumine plenum indicare, quod divinae legis arcana attinguntur, et licet difficultatem continent, et scrutationem tamen, et modestissimi ingenii submissione pateant. Sic Batablum, glosam interlinearem, Carthus. Hugonem, Ioseph (*17. antiq. c. 12.*), Isidor. Clarium, verba citata ad insignem Davidis militem, eius nomen non exprimitur, retulisse, qui ex sapientia, et fortitudine dumtaxat describatur. Ceterum prior interpretatio bonos habet patronos, nec dubitandum est, sive hanc, sive illam sequaris, Davidem insignem existisse divinae theologiae professorem.*

Acceplam a Davide patre doctrinam, ut ad multos funderetur, sapientissimus Salomon consultis, vel amplificatis Hierosolymis in urbe regia gymnasiis, publice evulgandam curavit. Quare in arce Sionis academiam aedificare iussit, non procul ab aula regia, de qua (*Proc. 9.*) dicitur: *Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem; immolavit victimas suas, miscuit vinum, et posuit mensam suam. Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, et ad moenia civitatis; si quis est parvulus, veniat, etc.* Quod vero ad academiae auditoria diversa hic locus referatur, verba illa: *Sapientia aedificavit sibi domum*, indicant: quid enim vocari solet sapientiae domus, nisi locus ad docendum, et docendum publice comparatus? Huiusmodi domum (*Genes. 25.*) tabernacula appellat vulgata editio, Chaldaeus autem, *domus doctrinae*: sive igitur Ierusalem bipartita fuerit, ut multi volunt, sive tripartita, ut affirmat Iosephus (*lib. de bello Iud. c. 6.*) nemo dubitare potest, in eminentiore parte sapientiae gymnasium fuisse aedificatum; hoc autem gymnasium, ut indicat sapientiae vocabulum, quod in Hebraeo pluralis est numeri, iungiturque cum verbo singulari, aedificavit, ut saepe fit more Hebraeorum, divisum erat pro facultate, et scientiarum multitudine, in septem omnino aulas, sive auditoria. Unde subditur, *excidit columnas septem*: in quibus verbis praeterquam quod doctores, et magistri sanae doctrinae, qui in Ecclesia populum ad pietatem, et verum Dei cultum erudiunt, intelligi possint, exemplo Apostoli, qui (*ad Galat. 2.*) Petrum Iacobum, et Ioannem, columnas vocat: *Iacobus, inquit, et Coephas, et Ioannes, qui videbantur esse columnae; ego columnas intelligo vocari, non quibus arcus marmorei, aut lateritii inantantur, sed quae in atris rectae, suggesta fulciunt, ad docendum idonea; quod ex ipsa vocis proprietate elicitur, nam *Ghomed*, id est *tribunal*, a radice, *Ghamad*, quod est, aut fulcire deducitur: unde (*2. Paral. 34.*) sedem super quam stetit Rex ad percutiendum foedus, 70. interpret. columnam vocant: *Stetit rex super columnam, et gradus, et (4. Reg. 22.) septuaginta interpretes sic habent: Stetit rex ad columnam.* Ad hanc columnam pro suggesto, aut tribunali sumptae, usurpationem videtur alludere propheta (*Ps. 98.*): *In columna nubes loquebatur ad eos*: sensus enim est: a nube in modum cathedrae, aut tribunalis populum docebat, et, cum opus erat, ius dicebat; et Sapiens (*Ecl. 24.*): *Thronus, inquit, meus in columna nubes*: est enim nobis columna, non solum Dei ius dicentis tribunal, sed etiam docentis cathedra. Salomon igitur in loco aptissimo gymnasia, cathedris marmoreo ornata potissimum elaboratis erexit: ex quibus erectis doctores, et interdum ipsi auditores undequaque discendi causa Hierosolymam venientes, ad sapientiam exhortabantur. Quamvis autem iam inde a Samuelis tempore extiterit collegia in Bethel, in Hiericho, in Rhama, in quibus filii, sive discipuli prophetarum habitarent, aliaque sparsa per universam terram Israel, ut docet Abulens. (*4. Reg. 2. q. 9.*) potissimum autem doctrinae locus*

fuit in monte Sion, quod adnotavit Optatus, Milevitanus Episcopus, expendens illud Isaiae (*c. 2.*): *Onus vallis visionis*: sic enim ait: *Non inquit in Sion, sed in una eius valle; non illo monte Sion, quem in Sinai Patentea a muris Ierusalem parvus disternat rivus, in cuius vertice est non magna planities, in qua fuerant septem synagogae, ubi Iudaeorum populus legem per Moysen datam discere potuisset: et infra: Inde scriptum est in Isaia propheta: De Sion exiit lex, et verbum Domini de Ierusalem; haec ille.*

Ancillae a sapientia missae, ut vocarent ad arcem, et moenia civitatis, diversa sunt facultates, quae auditores suos ab inferioribus studiis ad altiora invitant dogmata, quae in civitate David tradebantur, ubi arx erat moenibus, et propugnaculis visenda, et ab ipso Davide aedificata, ut significatur (*Cant. 4.*). Cum autem haec turris praecelsa esset, et ad speculationem opportuna, prudenter Salomon in ea domum doctrinae constituit, ad eamque alludens, sponsam laudavit: *Sicut turris David coluntium tuum, quae aedificata est cum propugnaculis: mille clupej pendente ea. Quae verba sic explicat Theodoretus: Habet coluntium tuum, quod cupit tuum, et faciem, sustinet omnes auditorum doctrinas, quibus tanquam iaculis, multos adversarios transfigit: inquit item clupeos multos, quibus propteris, et igitur hostis tela extinguit: manita enim est spiritus armatura, et facie hostes vulnerat, cum omnibus fortium sagittis a pulvis, coque modo per prophetas, modo per Apostolos redarguit. Huc etiam allusum est Isaiae (*cap. 2.*) dum populus concussus, ad montis fastigium properans exprimitur: *Venite, inquit, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Iacob, et docebit nos vias suas; et (cap. 33.) dicitur: Iustus in excelsis habitans, et nutritio mentis saxorum sublimitas eius. Regem in decore suo videbunt, oculi eius erunt terram de longe. Cor tuum meditabitur timorem. Ubi est litteratus? ubi legi verba ponderans? ubi doctor parvulorum? septuaginta interpretes ita vertunt: Ubi grammaticus? ubi consiliator? ubi est, qui numerat eos, qui nutriantur? Quae verba indicant, in monte Sion, praeter alios Doctores, scholis praefuisse etiam grammaticae peritos. Vide Iustinum (*in dial. cum Tryph.*), ubi antiquos mythrae, hoc est, solis cultores imitatores fuisse Hebraeos in saxorum Sionis sublimitate docentes, affirmat: quippe qui in saxa speculanda discipulos suos mythrae sacris imbechant. Idem asserit Tertullian. (*de praescrip. cap. 40.*) Academiam igitur in Sionis arce positam Salomon ipse sua praesentia, et magisterio decoravit: *Venebant, inquit Scriptura (3. Reg. 4.) de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, et ab universis regibus terrae, etc.* et quos ad contemplationem sui Ierusalem non traxerat, minus hominis sapientiae fama perduxit, ut dixit d. Hieronymus (*in epist. ad Paulin.*). Tandem tempore etiam Christi Domini vigeantur multi divinae legis interpretes, ut Simeon, quem Iustum, et timoratium appellat d. Lucas, mecon et Gamaliel, in sacris eloquiis, *Venerabilis Doctor*, nuncupatus vixit, in academia intra Ierosolymitanum templum constituta. Cum au-**

tem hoc haberet porticus, exhedra, et domunculas varias, dubitari posset, in qua parte templi academici doctores convenirent. Sicut in porta templi orientali locum academiae fuisse commemorat. Ita docuit Arias Montanus (*in suo appar.*), d. Antoninus (*part. 1. tit. 5. cap. 1. §. 5*) in templi porticu magisterium suum exercuisse hosce doctores tradit. Ego Academiam iudaicam in templo, hoc est, in templi atrio, templum enim dicitur, quod habet templi atrium, iuxta orientalem partem fuisse existimo, atque de ea Paulum interpretor (*Act. 24*) sic loquentem: *Neque in templo invenerunt mecum aliquo disputantem*, id est, in gymnasio, quod in atrio templi erat: quamvis, ut Lorrinus bene advertit, nihil incommodi sit, si porticum Salomonis intelligamus. Ordo autem, quo locus hic templi, cum doctores intrarent, ornabatur, tradit d. Ambrosius (*in 1. Cor. 14*): *Haec, inquit, explicatio synagogae est, ut sedentes disputent seniores dignitate, et cathedris, subseqentes in subselliis, novissimi in pavimento*, etc. Itaque doctores, ut sup. dixi ex eodem Ambrosio (*homil. 1*), cum disputabant, in cathedris sedebant, inferiores gradus homines in subselliis; qui spectatores tantum erant, aut audiores, ad pedes magistrorum super stoeas humi stratas, quod discipulis praecipue proprium fuit, ut constat ex verbis Apostoli (*Act. 22*): *Nutritus sum in ista civitate, nempe Jerusalem, secus pedes Gamaliet: eruditus iuxta veritatem paternaee legis*. Aessenis, ut refert Phyllo (*in lib. quod omnis Promus sit liber*), mos fuit, ut dignitatis ordo in consensu servaretur: *Quoties, inquit, synagogae adeunt, pro aetatis ordine iuniores ad seniorum pedes considerant. Quid Magdalena? sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Hanc academiam Christus Dominus aetatis duodecim annorum, praesentia sua honorare, et auctoritate defendere voluit, Luca evangelista dicente (*cap. 2*): *Invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum*.*

Audiebat doctores divinus puer, et interrogabat, ut formam tradendae in academiis doctrinae approbaret, simulque praesentia sua ordinem sedendi in academiis actibus in eminentiori, aut inferiori loco, pro ratione dignitatis, et gradus, quem haereticis nonnulli calumniari erant, decoraret. Multi in illam porticum, sine atrium conveniant doctores, ut de lege, et Scripturis sacris disceptarent. His disputationibus, ut veritati locus esset, interesse voluit Dominus. Deinde summa cum modestia, et sapientia quaestiones varias humi cum discipulis sedens proposuit: moris enim erat, ut qui in pavimento sedebant, disputantes magistros et audirent, et interrogarent, et interduum etiam responderent. Ad hunc morem alludit d. Ambrosius (*in 1. Cor. 14*): *Haec, inquit, traditio synagogae est, quam nos culti sectari d. Paulus, quia christianis scribit; sed ex gentilibus factis, non ex Iudeis, ut sedentes disputent seniores dignitate, et cathedris, sequentes in subselliis, novissimi in pavimento super matras; quibus si quid revelatum fuerit, dandum locum dicendi praecipit, nec despicandos, quia membra corporis sunt, etc.*

Hinc fit, ut nemo mirari debeat, quod Chri-

stus in medio doctorum sit locutus: mirum dumtaxat, quod in aetate tam tenera disseruerit, et sapientissime peroraverit. Unde Lucas (*cap. 2*) ait: *Stupebant autem omnes, qui cum audiebant*. Ceterum mirari desinet, qui secum cogitaverit aliorum hominum sapientiam ex aetatis progressu, quae in dies admittit incrementa, dependere; Christi vero non item, sive de beata sermo sit, sive de infusa, et divina: haec enim, ut sup. late ostendi, neque cum aetate crescebat, neque ex aetate pendebat, in ipso quippe momento, quo natura humana divinae copulata fuit, plenus exiit gratiae, et veritatis, ut merito de illo cecinerit Propheta (*Ps. 44*): *Diffusa est gratia in labiis tuis: ex abundantia enim cordis per labia sapientiam effundebat; hoc tamen ordine inter doctores se gessit, ut prius audiret, et interrogaret, ut enim ait Evangelista (*Luc. 2*): *Invenerunt illum in templo in medio doctorum audientem, et interrogantem eos*. Quibus verbis apprime necessarium documentum in disputationibus academiis observandum exhibuit: persaepe enim accidit, ita multiloquos esse disputantes, ut tam proprens, quam defendens, velint pariter esse argumentantes, et respondentes. Unde et ante interrogationem frequenter respondent, contra illud (*Eccles. 11*): *Priusquam audias, ne respondeas, et illud aliud: In multis esto quasi inscius, et audi tacens, et quaerens*. Sane, qui in disputatione ita inordinate se gerunt, stultitiae suae non obscurum praebet iudicium, Salomone dicente (*Prov. 18*): *Qui prius respondet, quam audit, stultum se esse demonstrat, et confusio dignum*. Etenim, qui doctrinam auscultat, colligit, et haurit, et cor implet; qui vero loquitur, erogat, et exinanitur. Quod scite consideravit Plutarchus, dum scriberet vascula insania maxime tinire: sic homines loquaces, et insolidi doctrina inanes, quam maxime garrunt, et vociferantur. Audire igitur prius decet, postea loqui, et docere. Insignis est sententia (*Prov. 25*): *Mata aurea in lectis eburneis, verbum dictum in tempore suo*. Epictetus notat hominibus binas aures a natura datas, linguam unicam, ut intelligeremus, plus auscultandum, quam loquendum esse. Quid quod Pythagorae discipuli totum quinquevium tacebant, quo expleto, tum demum loquebantur? agnoscebat quidem ille philosophus, neminem posse bene loqui, qui prius silere non didicisset. Disputantes ergo moneo, cantores peritos imitentur, qui cantantes silentii pausam interponunt, alioquin molestum, et ingratum captum ederent. Adhuc ego non semel permultis publicis academiis disputationibus, quibus tanta erit vociferantium confusio, ut dicere compellerer: ecce imaginem inferni, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Ferrarios malleatores sapientiores huius iudicio: illi enim sic se gerunt, ut dum unus malleo super incudem ferri massam percutit, alius malleum suum elevat, nec pariter percutiunt, nec pariter elevant, sed alternantes; isti vero importunae suae vociferationis malleo semper nostras aures percutiunt, et interrogationem, et responsum minime alternare volentes, sed omnia confundentes contra exemplum Christi audientes, et*

interrogantis. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XI.

Parentes Christi Domini secum ducentes Iesum ad templum sanctum Jerusalem, ut Paschae festum celebrarent, magni momenti documenta omnibus parentibus praebent, circa cultum divinum, et filiorum educationem.

Inter alias non paucas Hebraeorum festivitates, tres celeberrimas specialiter religione celebrant, nimirum, Pascha, Pentecosten, et Scenopegiam. Pascha erat in memoriam exilus eorum a dura captivitate Aegypti. Pentecosten, in recordationem datae legis a Deo, et per Moysen promulgatae. Scenopegia, in gratiarum actionem beneficiorum, quae in progressu quadraginta annorum per desertum a Domino susceperant. De his ita fuit praecceptum (*Deut. 12*): *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus, ut ponat nomen suum, ibi venietis, et offeretis holocausta, et victimas*. Singulis autem annis debebant haec festa celebrare, ut habetur (*Exod. 23*): *Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabit, scilicet aprili, iunio, et septembri, et ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo, ubi glossa addit: in Pascha, Pentecoste, et Scenopegia*. Praesens autem festum, ad cuius celebrationem advenerant noster beata Maria, et Ioseph, Pascha fuisse, evangelicum ipsum Lucae eloquium contestatur, dicens (*Luc. 2*): *Ibant parentes eius per omnes annos in Jerusalem, in die solenni Paschae*. Quamvis autem ex sacris Evangelistis certum et exploratum non sit, an puer Iesus ascenderit cum parentibus suis singulis annis in Jerusalem, an vero eo tantum anno, cum mansisset in templo, quia iam grandisculus erat; mihi certe venerabilis Bedae sententia placet, in caput secundum Lucae assentis, per singulos annos ascendisse. Ad stipulatur et Iuvenius primo libro historiae evangelicae, ubi haec carmina cecinit:

Ad templum laetus puerum perducere festis.
Omnibus annorum vicibus de more solebant.

Placet etiam haec sententia doctissimo Maldonado (*in com. iui. loci*), ubi ait: *Id mihi videtur Evangelista, obscure licet, indicare, cum non dicit: eo anno ascendisse, sed remansisse in Jerusalem, quasi insinuans, aliis annis ascendisse quidem, sed non remansisse: et quasi satis esse putaverit, dicere, ascendisse parentes, et ut puerum ascendisse intelligeremus; haecenus ille.*

Ecce parentes Christi duo valde utilia documenta omnibus parentibus praebent: unum ad Dei cultum in festorum celebratione, dum ad id per omnes annos ibant in Jerusalem; alterum, ad filios in bona eorum educatione

spectans, dum, ad templum quoties veniebant, secum ducebant filium. In celebratione quidem festorum tot, ac frequentia video prophatitatis monstra, ut non tam mihi videantur festa christianorum, quam baebachiana ethniorum: nam quemadmodum, ut (*1. 3. Reg. cap. 12*) legitimus, impius rex Ieroboam duos vitulos aureos conflavit, quod unum erexit in Bethel, alterum constituit in Dan, ut ad haec vana simulacra adoranda omnes confluerent, quorum occasione pene innumera scelera parabantur; ita nunc video permultos ad festa confluisse, non ut ea sanctificent, sed sacrilego ausu prophanent, in vanam ostentationem, in libidinem, in loquacitatem, et alia id genus peccata, quae sunt Idolorum servitium, illa convertentes. Unde illis ea contingit sanguineis lacrymis deploranda calamitas, ut in sacris templa, et in Divorum festivitatibus, in quibus uberior erat acquirenda gratia, in hoc factum iacturam eius faciant, imitatores in eisdem facit impit Saalis, qui, ut (*1. 1. Reg. 13*) habetur, offerens sacrificium Deo, graviter eum offendit, et regnum amisit; necnon etiam Oziae, qui offerens in templo incensum, repente fuit lepra percussus. Nulli non semel templum ingrediuntur sani, et egrediuntur leprosi, quia, cum divina gratia praediti intrarent, illa expoliati exeunt. Contra hos, et similes sacrorum festorum prophanatores illa proclamant verba Dei per Malachiam (*c. 2*): *Dispergam super cultum vestrum sterces solennitatum vestrarum, dicit Dominus, et assumet vos secum, ut nihil a stercore deflectatis, sicut corrupti, et abominabiles facti estis in studiis vestris*. Sic mali sunt ut sterces terrae, dum stercorea peccatorum in diebus Deo feriatis amplexantur, et immanentur instar a stercore suo compressum. Et notanter dicit, *vestrum, non meorum*: quia sabatum tale, non est sabatum Domini, sed diaboli: sabatum Domini sanctificari debet, illi autem sabalos dies Domini prophanant, iuxta illud (*Ezech. 23*): *Sabata mea profanaverunt: et illud Ieremiae (*c. 17*): Nolite portare pondus, scilicet peccatorum, in die sabati*. Unde verificatur id, quod (*2. Machab. 6*) legitur: *Neque sabata custodiebant, neque solennes dies patrii servabantur*. Ideo inimici nostri, hoc est, daemones, ut explicat Orig. (*1. 1. in c. 1. Iam. Ier.*), festa nostra illudunt, Ieremia dicente (*Thren. 10*): *Viderunt eam hostes, et deriserunt sabata nostra: sed quid dico daemones, ipse etiam Deus ea despiciit, et irridet: Kalendas vestras, et sollemnitates vestras odicit anima mea (*Isa. 5*). Certae veteres illi Hebraei, qui solum umbras, et imagines nostrorum festorum celebrabant, religiosius, quam nos christiani vestras nostras festivitates colimus, observabant: etenim Moyses (*Deut. 25*) in persona Dei ait: *Decimo die mensis septimi, dies captivitatis erit celeberrimus, et vocabitur sanctus, affligetisque animas vestras*. Iussit deinde, Hebraeos in magna paschali festivitate non nisi panem doloris gustare (*Deut. 16*): *Septem diebus comedes pascha fermenti, afflictionis panem*. Eodem ipso Paschalis festo lactucis agrestibus vesci, solebat, quos septuaginta interpretes,*

herbas amaras interpretantur. Quae omnia explicans Orig. (hom. 23. sup. Nu.) in sensu mystico, modum praebet, quo christiani sacra nostra festa colere debemus: O mira, inquit, festivitas, dies festus vocatur, afflictio animae. Vide ergo, si vis diem festum agere, si vis, ut laetetur Deus super te, afflige animam tuam, et humilia illam; non et permittas explorare desideria sua; ne concedas ei, lascivius evagari, sed in quantum fieri potest, afflige, et humilia eam: et ibidem haec notanda verba adiungit: Paschae festivitas, et azymorum panem afflictionis habere dicitur; nec potest quis agere diem festum, nisi afflictionis panem manducaverit, et Pascha cum amaritudine. Audis ergo, quid essent festivitates Dei: non recipiunt dulcedinem corporalem, nihil remissum, nihil voluptuosum, aut luxuriosum volunt, sed afflictionem animae, et amaritudinem, humilitatemque deponent; haec Orig.

Denum diebus festis Hebraei soliti erant oves, et boves, et pleraque alia bruta animalia, interficiendo, Deo immolare. Quo docemur, diebus praecipue festis non laxandas esse habenas libidini, intemperantiae, Indis, choreis et aliis similibus, sed potius brutos hos omnes affectus interficiendo, ad Deo immolando esse, ut ipse Origenes eruditè prosequitur (1.9. sup. epist. ad Rom.), ubi explicans verba illa: Obsecro vos, ut exhibeatis corpora vestra, hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, sic ait: Cultus, qui dudum in pecudum mutorum corporibus consistebat, nunc in corpore rationalis hominis offeratur; et corpora magis vestra, quam pecudum, sancta sacrificia Deo, atque in sacris altaribus collocentur. Hi enim, qui membra sua mortificant ab incentivo libidinis, et furoris, et actus corporis sui Deo placitos habent, hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabiliter offerunt, et legem sacrificiorum, quae in Levitico lata est, secundum spirituales intelligentiam complent. Verbi gratia: ut ibi offerbant vitulum primo in loco, vel secundo arietem, aut tertio, hircum, aut quarto, turtures, vel etiam pullos columbarum, ut in his unusquisque anima purificaretur pro qualitate gestorum, hanc nunc in suo corpore unusquisque purificans, et spirituali discernens, rationabili obsequio viventem hostiam obtulit Deo. Si quis superbia corporis sui vincit, immolat vitulum: si iracundiam superat, iugulat arietem: si libidinem vindicat, in holocaustum offert hircum: si vago, et lubrico cogitationum recessit volentem, columbas, et turtures immolat. Nunc autem Paulus obsecrat credentes in Christo, ut corpora sua exhibeant hostiam viventem, sanctam, Deo placentem. Viventem dicit hostiam, quae vitam, hoc est, Christum in se gerit: unde dicit: Mortificationem Domini nostri Iesu Christi in corpore vestro circumferentes, et ut vita Iesu manifestetur in corpore vestro mortali. Sanctam subiungit, in qua Spiritus sanctus habitat. Placentem Deo: ut ipse, a vitis, et peccatis separata: haec autem omnia, rationalis cultus est Dei; haec autem Origenes.

Inter alia autem non pauca documenta, quibus Dominus per sanctos prophetas nos docuit festa debite celebrare, ut quae praecipue obser-

vavi apud Isaiam (c. 18), ubi ait: Si vocaveris sabbatum delicatum, et sanctum Domini gloriosum, et glorificaveris eam, dum non facis vias tuas, et non invenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem, tunc deleclaberis super Domino. Ecce dum abnegationem voluntatis nostrae exigit a nobis in diebus festis, mortificationis exercitium plane docet non esse a festivitibus dissonum, sed iis multum consentaneum. Illud tamen, quod primo loco apponit: Si vocaveris sabbatum delicatum: duplicem intelligentiam susinet. Prima, ut verbum illud delicatum idem sit, quod delicat: unde quidam vertunt: si vocaberis sabbatum, delicat, hoc est, si sabati observationem ab omnibus vitis te abstinens, et in honorem Dei illud consumens, delicat id tuas esse putaveris, ita quod, sicut Deus ait (Prov. 8): Deliciae meae esse cum filiis hominum; ita, et tu cum Deo conversari, sacris interesse, et spiritualibus exercitiis vacare, delicat tuas esse duxeris, tunc diem festum recte celebrasti. Secunda intelligentia est, ut verbum illud delicatum sumatur in eo sensu, quo homo dici solet delicatus, cui minima quaeque nocent, et qui exigua etiam incommoda sustinere non potest. Festum ergo vocat Deus, delicatum: inuens, quod quamvis aliquando reliqui dies non festivi culpas nostras sustineant, dies tamen festus, quia delicatus est, non fert prophanari, et culpis nostris maculari, sed maculanti festus dies esse desinit, et ferialis redditur, qui opera servilia admittit: nullum enim opus magis devote, quam peccatum, Christo Domino dicente (Ioa. 8): Qui facit peccatum, servus est peccati. Si tamen paucis modum quo celebrandi sunt dies festi, scire desideras, audi Origenem haec pauca dicentem: Si ergo desinas ab omnibus saecularibus operibus, et nihil mundanum geras, sed spiritualibus operibus vaces, ad ecclesiam convenias, lectionibus divinis, et tractatibus aurem praebas, et de caelestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras, venturum iudicium prae oculis habeas, non respicias ad praesentia et visibilia, sed ad invisibilia, et futura, haec est observatio sabati christiani. Qui cessat ab operibus saeculi, et spiritualibus vacat, iste est, qui sacrificium sabati, et diem festum agit sabbatorum; haecenus ille.

Iam ad secundum documentum veniamus, quo parentes Christi, ducentes illum secum in templo, curam de sancte erudiendis filiis omnibus exemplo suo parentibus commendant. Neminem certe crediderim adeo mentis inopem esse, ut non agnoscat quod momenti sit, filios, si fieri possit, etiam ab incunabulis, bonis moribus institueret: ut enim lana, cum in tingitur purpuris, tenacius retinet purpureum colorem, quam si ex ea contexta iam tela indigatur; ita, si puer in tenera aetate bonis moribus imbuatur, tenacius illas retinet, quam, si grandior factus, eos imbibere incipiat: prima enim illa institutio tantum valet, ut vincas naturam ipsam, veluti in brutis animalibus non semel experimur. Certum in interdum saevissimos leones naturalem feritatem ex bona educatione a tenera eorum aetate omnino deposuisse, et quasi in mansuetudinem;

illam commulasse purculitur acriter canis coram Leone, et qui sua iniuria exasperatur, coeretur aliena, alteriusque exemplo eius petulantia emolliatur, et frangitur. Ecce, quae nostrae substantiae consilio carent, agnoscent tamen institutoris vocem, et imperium; et cum suae naturae nullam rationem habeant, naturae nostrae rationem capessunt, et quodammodo transfusa acquirunt.

Ad haec, meo ignorat, quam multum adlolescentum ferebat sanguis, et quanto tunc corum concupiscentia effraenator sit: ut enim dixit Arist. (2. Eth.), iuvenes sunt maioris spei, et audaciae, unde ardua quaeque ut libidini suae satisficiant, intrepide aggrediuntur: et quidem, si ut legitur (Gen. 8): Sensus et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua; opus erit non exigua industria ad hanc proclivitatem compescendam. Quomodo ergo infraenabitur pronitas illa ad malum? quomodo supprimetur, et confringetur insolentia non aliter certe, praeterquam quod David docuit (Psalm. 118), ubi interrogans: In quo corrigat adolescentior viam suam? respondit: In custodiendo sermones tuos. Ecce, lex divina fraenum est ad cohibendum effraenes adlolescentum animos. Hoc autem fraenum quis quous apponat eis? parentes certe ad id divino praecepto tenentur, Ecclesiastico dicente (cap. 30): Doce filium tuum, et operare in illo, ne in turpitudine illius offendas. Antiqui illi Patres praecelera huius bonae institutionis filiorum exempla, atque documenta nobis reliquerunt. Abrahamus, cum Dominus vellet eum laudare, posseque permulta in eius commendationem dicere, hoc tanquam laude dignissimum protulit, quod diligentem curam habiturus esset bonae educationis filiorum suorum (Genes. 18): Scio enim, quod praeceptorum sit filiis suis, et domui suae post se, ut custodiant viam Domini, et faciant iudicium, et iustitiam. Tantum autem valuit eius bona institutio, ut ea filium suum Isaacum adeo parentis iussionibus obedientem redderet, ut volenti Patri in sacrificium illum Deo mactare, occisionem non renueret. Unde d. Ambrosius (de Abrahae sacrific.) non minus miratur obedientiam Isachi, quam Abrahamae; ego tamen crediderim excellentiorem fuisse filii, quam patris obedientiam: tum, quia difficilis est obedire homini, et quanto magis, quia si pater offerebat filium, filius offerebat seipsum, quo nihil charius habebat. Exemplo deinde omnibus parentibus est Anna, quae filium ablaetatum confestim ad Syloe adduxit, ac sacerdoti Heli, veluti in sinum sancte educandum tradidit: adeo autem bona educatio illi profuit, ut (lib. 1. Reg. cap. 2) haec verba legantur: Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, et placebat tunc Domino, quam hominibus. Iob tam imbecille incubebat rectae filiorum institutioni, ut singulis annis sacrificia offerret pro spirituali salute filiorum suorum; quam rem perpendens Origenes (lib. 1. in cap. 1. Iob) haec magna observatione digna scripsit: Vitulum unum coram filiis suis pro peccatis eorum iugulabat, ut videntes ipsi filii, metuentes, ac parentes, ab omnibus peccatis, quae animas pre-

munent, declinarent, et iuventutis ignorantias a se mortificarent. Haec universa faciebat beatus Iob, sapienter considerans, sancteque cogitans, et docens: ne forte filii mei mali aliqui in corde suo cogitaverint aduersum Deum. O sinceritas patris, o dilectio parentis, o studium generosorum? non enim tantum pro corpore sollicitus erat, sed etiam pro anima cogitabat: et paulo inferius: Die, o beate Iob, quomodo permittes, ut atque mali filii tuis, in verbis, atque operibus evidentiorebus excederet, qui pro occultis, et abditis, aut omnino forsitan non existentibus, ita sollicitus fueris, atque nimium curam gesseris, qui sollicitus, atque metuens dicisti, ne forte filii mei in corde suo mali aliquid cogitaverint aduersum Deum? ac tandem subiungit: Hoc nimium faciebat non semel, aut secundo, neque uno anno, aut diebus, sed sic faciebat Iob omnibus diebus vitae eorum: non quiescebat, non fudicium resumebat, non obdormiebat, neque oblitisciebat, non erat negligens, sed ita faciebat cunctis diebus vitae eorum, magnam thesaurum se credens habere in regno caelorum, si inuolatos, atque immaculatos filios exhiberet, atque ad regnum caelorum eos mitteret. David huius educationis exemplum etiam praebuit, cum Salomonem filium suum Nathan prophetae, doctrina, sinceritate, et morum probitate conspicuo tradidit instruendum. Eiusdem etiam David illa vox est (Psalm. 18): Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos. Tobias senior in hoc genere disciplinae nulli fuit inferior, cum (cap. 1) sacer textus de eo illud singulare praecognit commemoret: Cum factus esset vir, accepit uxorem Annam de tribu sua, genuitque ex ea filium, nomen suum imponens ei, quod ab infantia timere Deum docuit, et abstinere ab omni peccato. Perpendite quaeso, quam cito bonis moribus filium inbuerit: non expectavit adlolescentiam, non pueritiam, sed ab infantia, in qua nondum rationis particeps factus erat, cepit bonae institutionis lacte nutrire, ut cum ipso etiam lacte, quoad fieri posset, sanctitatem ebiberet. Parentes Danielis, Ananiae, Misael, et Azariae bene adeo suos filios sanctis moribus educaverunt, ut legatur (c. 1. Daniel), quod cum rex Nabuchodonosor iussisset, ut cibo regis vescerentur, ipsi spreis regalibus deliciis, leguminibus alebantur, non polluerentur, ut ait sacer textus, de mensa regis: quid, quod, ut legitur (ibidem cap. 3), Sidrach, Misach, et Abdenago iussi a Nabuchodonosoro, statuum auream, quam exerebat, adorare, tam erant vera religionis doctrina bene instructi, et educti, ut liberrime responderent: Notum tibi sit rex, quia Deos tuos non colimus, et statuum auream, quam excreasti, non adoramus; firmique adeo, et constanter extiterunt, ut data eis optione adorandi statuum, vel voraces ignis flammam sustinerent, potius eligerent in ardentem caminum detrueri, quam cultum Deo soli debitum simulacro illi deferre.

Quantum autem sollicita filiorum educatio ab ipsa etiam infantia Deo grata sit, verba illa Dei (Mich. 7) aperte satis indicant: Veh mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumnu racemos vindemiae: non est botrus ad comedend-

dum. Quibus verbis eorum socordiam damnat, qui usque ad senectam conversionem suam differunt, in qua inepti adeo sunt ad opera virtutis exercenda, ut vix botrum unum alicuius boni operis Dominus in illis reperiat. Placeat quidem Deo, ut saltem sero hi convertantur ad ipsum; addit tamen continuo: *praecepius fecus desideravit anima mea*; quasi diceret: illud tamen gratius multa, et palato meo suavius est, si a tenera aetate pueri, per *fecus praecepius* designati, mihi famulari incipiant. Quanto autem Deo gravior existit diligens parentum cura in filiis bene educandis, tanto eorum in bona filiorum institutione oscitantia detestabilior est, ob magnum, quod illis infert nocentum: nam quemadmodum cum committitur error in principio viae, quo magis viator progreditur, eo magis a destinato loco se elongat, et error, qui parvus videbatur in principio, maximus fit in fine: ita experientia constat, pueros male institutos, postea grandiores factos, pravos mores non deponere, sed in eis inveterascere, ut Salomon testatur (*Proverb. 22*): *Adolescentes iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedat ab ea*. Hinc Origenes (*lib. 1. in cap. 1. Job*) audent dicere: *Omnia, quae deliquerint filii, de parentibus requirentur, non erudierint, neque corripuerint filios suos*. Cuius evidens exemplum in Heli ostenditur, qui graviter a Deo mulctatus fuit, eo quod segniter corripuerit filios suos, ut habetur (*1. Reg. 4*). Ad quod alludens d. Chrysostomus (*homil. 59. in Genes.*) haec ait: *Oro, ut praebeatur manus pueris nostris, ne etiam pro his, quae illi peccaverunt, poenas sustineamus. An nescitis quid nisi Heli acciderit, cum non debite emendaret filiorum delicta? quemadmodum enim medicus, si morbum sectione indigentem curare cessat, ac moratur, statim incurabilis erit morbus, et inutile, atque inane, remedium; fecit ita et senex ille, cum deberet filios suos pro peccatorum qualitate emendare, nimia usque lenitas illos arguit. Proinde oro, exemplo hoc timeamus, et habentes filios, providemus eis de honesta educatione, et summam unusquisque curam eorum agat, qui apud se habitent, et lucrum maximum ducat utilitatem proximi.*

Idem etiam Chrysostomus acriter reprehendit parentes bonam filiorum suorum educationem negligentes, ubi et poenas, quibus divinitus puniendi sunt, ob oculos eis ponit: (*hom. enim 2. in Ioan.*) hunc in modum eos alloquitur: *Vos ad spectacula filios adducitis, neque ad doctrinam, neque ad aliquam bonam frugem eos hortamini. Verum si quid sanctum, si quid spirituale comparandum manet, id appellatis sollicitudinem; nonne iram Dei in vos provocatis, cum celerius, et certo tempore, et diligenti cura adhibita in dicinarum rerum doctrina pueros exerceri, molestum, intempestivumque ducitis? Non sic fratres, non sic. Haec profecto aetas maxime admonitionibus indiget: tenera est, et facile, quae et instillantur, bibi, et audita accipit, tanquam sigillo cerae, haec est puerorum animis pressa: et (*homil. 9. in epist. 1. Paul. ad Tim.*) haec tanto patre digna scripsit: *Exerceamus ad virtutem, et pietatem molles filiorum animos, cetera omnia secundo loco quaeramus: nam si**

quidem illi improbi fuerint, nihil eius pecunia proderunt, si autem probi, nihil ex paupertate laedentur. Vis filium relinquere dilectum? bonum illum, ac benignum esse doce, ita enim, etiam rem familiarem auctiorem facere poterit; quod si tenuis illa substantia fuerit, nihil deteriori in loco erit, quam hi, qui plurima possident: quod si malus ille fuerit, etiam si infantiam illi substantiam relinquo, non illi custodem reliquisti, sed longe deteriorum conditione fecisti, quam si ad extremam deveniret incipiam: quippe filius non recte institutus praestet pauperes esse, quam divites; hactenus ille.

Quid plura? eleganter Plutarchus (*de liber. educ.*): *Parentes, inquit, qui filios ditandis omnem curam impendant, eorum autem mores negligunt, quanto magis salutem? similes sunt eis, qui magnam calceorum curam habent, et interim pedem ipsum parvipendunt. Unde ille merito ab Aristippo derisus est, qui rogans quantum instruendi gratia filii mercedem postularet, illo mille drachmas postulante, intulit: Atque servum mille drachmis comparare possum. Cui Aristippus: Duos itaque servos habebis, illum quem mercaberis, et filium: nihil enim a servo filius rustice educatus differt. Unde idem philosophus cuidam percontanti, quare tam sollicitam curam adhiberet in filio suo erudiendo, respondit: Ut nihil aliud certe, ne atque in theatro sedeat lapis super lapidem. Homo idiota in hoc magno mundi theatro quasi lapis super lapidem inultiliter sedet. Acute Diogenes dicebat, se Megarensis alicuius arietem esse malle, quam filium, significans Megarensis pecorum maiorem curam habere quam liberorum. At hodie si viveret, de multis christianis, proh pudor, diceret, malle se canem, aut equum multorum esse, quam filium.*

Id tamen praecipue in hoc genere argumenti parentes advertere oportet, nullum efficacius medium excogitari posse ad docendum pueros, quam ut eos bono exemplo parentes praecedant, si enim filiis in parentibus perspexerint opera contraria illis, quae ipsi docentur, doctrinam spernunt; si autem operibus videant conformari, facilius illam apprehendunt, et tenacius eandem retinent. In cuius rei probationem Simeon Metaphrastes scribit insigne ac pulcherrimum historicum, quae contingit tempore Caesaris Iustiniani circa annum Domini quingentesimum vigesimum secundum: dum Dunaan in Arabia regnaret, et christianos hostiliter persequeretur. Hic mulierem quandam christianam apprehenderat, quae se et puerulum suum quinque-nam sanguine martyrum ex devotione delinvisset: filiolum matri auferret, et mater ad palum alligat, ut viva deflagret, et tota ignis ardore consumatur. Puer undique circumspicit, ut matrem cernat, quam dum non invenit, ad regem Dunaan vadit, qui in alto, et regali throno sedebat, ante quem se supplicem abiicit lacrymis, orans cum, ut matrem sibi restitua. Rex puerum simul, et ponit super genua sua, quaerens anne potius mallet esse apud eum, quam apud matrem? respondit puer: non equidem, cupio meam matrem, oro te, dimittas eam, ut illa me secum ducat ad martyrium, ad hoc enim saepius me admonuit. Quae rit rex:

quid, inquit, est martyrium? Respondit puer, mori ob nomen Christi, et postea vivere. Quae rit rex: quis est hic Christus? Respondit puer: veni ad templum, ostendam enim tibi, loquebatur enim de imaginibus Christi, quae semper antiquitus in templis christianorum custodiuntur, et honorantur. Sed vidit puer ab alio matrem suam palo alligatam, et clamat: Dimittas me, dimittas me, volo adesse matri meae, quam video sub malorum hominum manibus esse. Quae rit rex: quare huc venisti sine matre tua? Manes ergo apud nos, et dabimus tibi omnia genera pomorum, pyrorum, cerasorum, et aliorum fructuum. Dicit puer: non volo hic manere, putabam te christianum esse, ideo etiam ad te huc veni ad orandum te pro matre mea, sed quia cognosco te Iudaeum esse, nihil etiam ad te accipere volo, sinas me abire hinc ad matrem meam. Nonnulli consulebant, ut puer ad reginam duceretur, tanquam ad mulierem similem matri. Sed cum puer vidit ignem incendi ad comburendum matrem suam, inclinans se mordet regem in femore: quem morsum cum rex sentiret, puerum mox a se reiecit, et commendat uni ex senatoribus suis, ut educeret in iudaica superstitione. Puer vero dum a rege abducitur, e manu ducis sui effugit, reclaque quam primum ad matrem veniendi in ignem insiliit, quam dum amplexatur simul etiam cum matre comburitur, et moritur, omnes parentes docens, quam multum intersit cum bono eorum exemplo coniuncta filiorum recta institutio.

Ad extremum non possum non mirari parentum insipientiam, qui si equus eorum fraeno non pareat, aut sessorum non patitur, diligenter satagunt, illum vi, vel arte domare, filius vero, tametsi divinae legis fraenum non semel a se abiciat, minime eius pelulantiam, effraenemque vivendi consuetudinem compescere curant; maiorem, proh dolor, diligentiam adhibentes in educatione equi, quam in institutione filii, quod non potest non valde exosum, ac detestabile esse Deo. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XII.

Prosequimur idem intentum, pleraque a via spiritualia documenta ex hodierna evangelii lectione decerpentes.

Inler varia documenta ad informandos humanos mores, quibus hodierni evangelii lectio plena est, sex praecipue brevi eloquio complectar, observatione dignissima. Primum de duo ex verbis illis (*Luc. 2*): *Vant parentes eius per omnes annos in Ierusalem*. Quibus Christi Domini parentes nos docent curam, quam in divini cultu exhibere debemus, sacras aequas frequentantes. Non ignorat certe illi Arhelam regnare in Iudaea pro Herode, qui pariter cum regno immanitatem patris haereditaverat, et eius timore perterriti, ut d. Matthaeus (*c. 6*) narrat, non sunt ausi in Iu-

daeam ire, sed ad Nazareth diverterunt; tamen non divini cultus religionem in visitando templo Ierosolymae, quae metropolis erat Iudaeae, quoquo modo violarent, audacter, et confidenter ad illud pervererunt. Nemo, et procul dubio, mihi inficiabitur, b. Virgini, et Iosepho, qui secum habebant filium, qui Dei Patris expressa erat imago, sanctius oratorium, domum suam esse, quam templum Ierosolymitanum, quod solum confinebat arcam testamenti, umbram, et figuram ipsius Christi; nihilosecus tamen, religionis causa, cum ingenti prolixo itineris labore ad id templum ascenderant, quia noverant dictum fuisse a Deo per Salomonem (*3. Reg. 9*): *Sanctificavi domum hanc, quam aedificasti, ut ponerem nomen meum ibi, usque in sempiternum: et erunt oculi mei ibi*. Quo exemplo illorum socordia, et in divino cultu tepiditas merito damnanda venit, qui absque ulla infirmitate, sed pura indulgentiae, et relaxationis causa, et ne quidpiam incommodi sustineant, in propriis domibus rem sacram audiunt, haec inurbanitate, et incuria erga Deum utentes, ut non ipsi ad domum Dei, sed Deum ad domos ipsorum venire velint; quod si contingit aliquando, mitigata aeris intemperie hyberni temporis, ut nimio aestatis calore decrescente, ad templa ire, et sacris interesse, brevissime illa perfici optant, immo, et illis imperfectis, et ad finem non dum perductis, in proprias domos redeunt, contra id, quod parentes Domini hodie fecisse narrat sacer Evangelista (*Luc. 2*), dum ait: *Consummatique diebus: quonsque enim perfereretur sacra officia Paschatis, noluerunt redire in domum suam*. Pudeat ergo fideles, ante peractam rom divinam ab Ecclesia egredi: Audiant canonem Apostolorum: *Qui autem non perseveraverit in oratione, usque dum missa peragatur, cuncti inquietudinem moventes, convenit communionem privare*. Audiant Concil. Agathense (*c. 31*): *Missae de dominico saecularibus totas audire specialis ordine praecipimus, ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi non praesumant; quod si fecerint, ab Episcopo publice confundantur*. Pudeat etiam eos, qui Christi religionem profitentur, ante absolutam completamque concionem ab Ecclesia egredi: audiant concilium Carthaginense IV sic (*c. 4*) definiti: *Sacerdote verbum faciente in Ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicatur*. Quod si omnibus compertum est in c. nullis sacerdotum 11. q. 3. et in Conc. Arelatensi, et in Conc. Veron. c. 2. praecipuum esse, ne Episcopi pro rebus parvi momenti aliquem communionem privent, reliquum est, haec, quae nunc enarravimus, non tam esse levia, quam quidam insipientes illa ducunt.

Secundum documentum decepto ex verbis illis (*Luc. 2*): *Cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem*. Ecce non amittitur Iesus in itinere ad templum, sed in reditu ad requiem in propria domo; ut hinc discamus saepe prosperos, et secundos eventus Deo nobis eripere: ut enim vehementi vento inflata vela exiguum cymbam fluctibus obrunt; sic vehementi superbia inflata prosperitas exiguum peccatoris animum vitis demergit. Unde praeclear

Seneca (epist. 39.) dixit: *Scythem sternit animae ubertas, rami onere franguntur, ad maturitatem non pervenit nimia succunditas, id quod animis evenit, quos immoderata prosperitas rapit, qua non tantum in aliorum iniuriarum, verum etiam in suam utuntur, etc.* Sed quid Ethnicis hominibus testimonio egemus, cum redivis vates (Ps. 73.) dicat: *Cum occideret eos, quarebant eum, et revertebantur, et dilectio veniebat ad eum: ecce pedes in prosperitate claudicantes ad Deum adendum, in adversitate festinantes ad quaerendum eum.* Ita certe accidit filio prodigo, quem post, dilapidata paterna bona, et magna egestate oppressum, misera illa, quam patiebatur, ad quaerendum patrem compulsi: atque hinc facit, quod (Dan. 7.) bestia quaedam describitur, quasi leaenae alae habens, ablati tamen alis, quasi homo remansit, et cor hominis datum est ei, ut inquit sacer textus. Huic leaenae similis est honorum, omnipotens infelici felicitate inflatus homo. Leaena est alis praedita, sed si evellantur prosperitatis alae, super pedes, quasi homo stat, et cor hominis mansuetum humile, rationisque particeps datur ei. Unde Chrysostomus (hom. 34. ad popul. Antioch.): *Cum in secundis, inquit, rebus sunt plures, efficiuntur inflati, omnibus inimici, iracundus, cum adest potentia; cum vero fuerit ablata, mansueti sunt homines, et humiles, et in propriam naturae cogitationem veniunt.* Leaena erat alata Nabuchodonosor, evulsae sunt prosperitatis alae, regno deiectus, se, Deumque abiectus agnovit (Dan. 4): *Ecienti te ab hominibus, et cum bestiis, forsique erit habitatio tua, donec scias, quod dominetur excelsus super regnum hominum, et cuiuscumque voluerit, det illud.* Alata quoque leaena fuit Antiochus, qui ut habetur (2. lib. Mach. cap. 9.), sibi videbatur, eam plenam suam imperare, et quasi leaena ignem spirans in Iudaeos, illos penitus devastaturos praesumpsit; graviter tamen divina aetione percussus, evulsae sunt leaenae alae, et cor hominis sic ei datum, ut illa humilia verba proferret: *Iustum est, subditum esse Deo, et mortalem non parva Deo sentire.* Accidit certe hominibus, quod in luna experimur, quia, sicut illa tunc lumen suum amittit, cum plena est, ita illi divinae gratiae splendorem amittunt, cum rebus abundantet quemadmodum luna amittit lumen suum ex interpositione terrae inter solem, et ipsam, ita, et homines prosperitatis, honoris, divitiarum, et pecuniae interpositione inter ipsos, et Deum lumen gratiae frequenter amittunt, ut expertus est omnium doctissimus, et fortunatissimus Salomon, qui divitis, et voluptatibus opulentissimus, in medio earum Deum misere amisit, ut magnus Gregorius (in suo Past. par. 3.) his verbis tradit: *Salomon qui post tantam sapientiam usque ad idolatriam eccidisse describitur, nihil in hoc mundo, priusquam caderet, adversitatis habuisse memoratur; sed concessa sapientia funditus cor deseruit, quod nulla, v. l. minima tribulationis disciplina custodivit.* Atque ex hac doctrina colligo egregiam expositionem difficultis illius loci (Gen. 46): *Ego sum fortissimus Deus Patris tui: non timere, descende in Aegyptum.* Tota difficultas huius loci consistit

in explicando, quid sit illud, cuius terrore timebat sanctus patriarcha Iacob venire in Aegyptum, cum vocatus esset a charissimo filio suo Ioseph, qui proreus erat Aegypti, cum alioquin videbatur, non sibi timendum, sed gaudendum potius, proficisci ad videndum filium, quem iam perisse existimaverat, cum dixit: *Fera pessima decoravit eum.* Sed non vane certe, verum sapienter meluebat in Aegyptum descendere: timebat enim, et dubitabat, ne opulenta, dignitas, et magna Iosephi prosperitas iam ita superbum reddidisset, ut illatam sibi a fratribus iniuriarum vendendo illum, tanquam servum Ismaelitis, vindicare tentaret; ut enim proverbium ait: *Honores mutant mores;* node divus Gregorius (prim. part. pastor. cap. 3.) sapienter dixit: *Prospera saepe per tumorem cor inquinant, adversa per dolorem purgant, in prosperis se animus erigit, in adversis, etiam quando de se exacerat, sternit: in prosperis homo sui obliviscitur, in adversis ad sui memoriam nolens etiam, coactusque vocatur, etc.* Quid plura? Certe primus parens magna illa prosperitate fruens, cum cunctis animantibus praerant, et paradisi delicias possidebat, divinae legis praevaricator exiit, et divinae gratiae pignus amisit, postea vero a Deo relegatus extra paradisum, et multis miseris obnoxius, poenitere cepit de peccato, et divinam gratiam recuperavit. David, cum pastor erat, placebat Domino, tantaque fortitudine divinitus praeditus fuit, ut gigantum Goliath in publico certamine vinceret, ac iugularet. Postea vero ad regiam dignitatem erectus, et homicidium perpetravit Uriae, necnon adulterium cum eius uxore, fragilem debilemque adeo se exhibens, ut a femina vinceretur. Salomonem etiam, nemo ignorat, tunc miseris prolapsam, cum maioribus, tum honoris, tum divitiarum bonis abundabat. Quid de Alexandro magno dicam, qui cum multis virtutibus moralibus acquisitis praefulgeret, postquam tamen super varia regna principari cepit, quasi in virum alterum mutatus, tanta crudelitate efferbit, ut Parmenidem amicam suam, Phylotum, et venerandum senem Clytum, Chalysenem, discipulum eius Attalum, Euplochum, Pausaniam, multosque alios Macedoniae praefatos principes iniuste interemerit. Ecce tot mala nimia felicitas, ac exuberans prosperitas peperit.

Tertium documentum praebet nobis verba illa, *Ascendentibus illis Ierosolyman secundum consuetudinem diei festi:* nemo quidem ignorat bonam, et laudabilem consuetudinem viri legis solitam esse habere, et idcirco semper observandam, nisi magna, et evidens necessitas, vel utilitas aliud postulet. Ecce parentes Iesu, secundum consuetudinem diei festi ascendunt Ierosolyman, sic idem secundum consuetudinem legis fecerunt pro puero oblationes, dum eum Domino sisterent in templo. Iesus item secundum consuetudinem ibat in montem olivarum orationis causa: Apostolus Ecclesiae consuetudinem allegat in mulierum veneratione, dum in Ecclesia, orandi gratia, conveniunt. Pilatus pro liberatione innocentis Iesu consuetudinem affert Iudaeorum. Festus

Tribunus allegat consuetudinem Romanorum contra Iudaeos mortem Apostolo intentantes, et innocentem liberavit de insidiis eorum. Zacharias etiam secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit, ut poneret incensum. At ecce, quam filius Dei servavit consuetudinem bonam, rationabilem, sanctam, piam, et honestam, quam servaverunt parentes eius super omnes homines Deo accepti, et dilecti, cum ceteris, quos partim enumeravimus; quam tanti fecerunt omnes Ecclesiae Dei columnae, et doctores a Deo in aedificationem corporis Christi, et opus ministerii ad consummationem sanctorum dati: quam tantis efferunt laudibus Ecclesiae sacrae Dei constitutiones, hanc Lutherus, ecce filius perditionis, semen nequam, adulterina plantatio, viperarum genimen, inimicus omnis iustitiae, ordinis perverter, turbator pacis, honestatis criminator, nunquam desinens subvertere vias Domini pulchras, et rectas, temere negat, nequiter sugillat, scurriliter refellit, impudenter irridet, ac flagitiose exhibit.

Quartum documentum praebuit puer Iesus, dum in Ierusalem remanere voluit, relictiis parentibus, et illis ignorantibus, Evangelista dicente (Luc. 2): *Remansit puer Iesus in Ierusalem, et non cognoverunt parentes eius: quo manifeste docentur omnes filii adultam aetatem attingentes, non oportere, cum ad felicem religionis statum ex hoc saeculo nequam migrare decernerent, parentes, aut consanguineos suos consulere, maxime cum suspicantur, eorum precibus arcedens, aut divertendos fore ab hoc sancto proposito, memores solum divinae illius pollicitationis (Matth. 19): *Qui reliquerit patrem, aut matrem propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit.* Quando Iacob, ut sacra Geneseos commemorat historia (g. 31), fugit a domo Laban soceri sui, insecutus est illum Laban: ad quem cum pervenit, triplicem gravem querelam ei proposuit: prima fuit: *Cur, ignorante me, hoc facere voluisti, ne indicasti mihi?* secunda: *non es passus, ut oscularetur filios meos, et filius;* tertia: *furatus es Deos meos.* Pari modo triplicem querela conquiritur mundus eorum, qui, illo spreto, ad statum perfectionis confugiunt. Primo lamentatur, quod sui discessus certiores non fecerit amicos, et consanguineos, ut suis blanditiis, ac lenociniis ab eo proposito illum avocarent. Secundo conquiritur, quod charis, et familiaribus amplexibus, et oculis non prius valediceret; sed, illo insulato, inurbane abiisset: vellet enim mundus, ut priusquam adulescens discederet a se, eius voluptates degustaret, et in libidinibus amplexus prius exardet, ut horum memoria refricata, iterum eas concupisceret, et ut obtineret, iterum ad ipsum rediret. Tertio conquiritur mundus, quod Deos suos abstulerit, despiciens divitias, honores, et dignitates quae sunt eius idola, quibus, ut diis, ipse inservit. Prudentes ergo adulescentes, Christi Domini vestigiis insistentes, insecis parentibus, pergant ad statum religionis, eorum consilia suspecta habeant, cum veritas ipsa dixerit: *Inimici hominis, domestici eius.* (1. Reg. 4) historiam lego*

huic argumento valde accommodam. Vocabat Deus puerum Sumelem dormientem in templo: ipse vero existimans se vocari a caeco senese Heli, veniebat ad illum; Heli autem dixit ei: *reverteere, et dormi:* vocavit secundo Deus eundem, et ille iterum abiit ad Heli, qui similiter locutus est ei: *reverteere, et dormi.* Non dissimiliter dormientes illos vestros viderem somno vanitatis huius saeculi Dominus illos excitat, et vos, qui parentes eorum estis, nimia carnis, et sanguinis affectione obcecati, velut alter caecus Heli, eos monitis, ut revertantur ad saeculum, et resque in lectulo voluptatis: *reverteere, et dormi:* frueri bonis, quae partim labore comparavi, partim maiorum tuorum haereditate accepi. Ab his ergo diabolici suasionibus per parentum ora, tanquam per fistulas decurruntibus, ut liberi fiant adulescentes, inconsulti parentibus ad asilum religionis confugiunt, illud corde volentes: *Secretum meum mihi:* et illud (Tab. 2): *Sacramentum regis abscondere bonum est.*

Quintum documentum colligo ex verbis illis: *Requirebant eum inter cognatos.* Non semel vidi inter consanguineos, et affines, lites, iurgia, et intestina odia, quae si inter extraneos detestabilia sunt, multo magis inter coniunctos sanguine exaceranda: tanta enim inter eos mutua consensio, amicitia, et familiaritas oportet esse, ut si quoque modo filius a paterna domo discesserit, confidenter ad domum consanguinei confugiat, ne alioquin errare, et vagari cogatur. Sic filius Rebecca abiit ad Iliaram, sic etiam sanctus patriarcha Abrahamus secundo duxit sanctum Loth filium fratris sui, et postea cum sibi nunciatum esset, eundem expulsiatum a regibus Chodorlahomor, et Tradar, nec non aliis regibus, cognationis iure erga nepotem ex fratre inflammatus, coacto exercitu, irruit super eos, qui captivum duxerant Loth, et bona eius abstulerant: et in libertatem vindicavit, una cum illius substantia, et bonis. Certe sanguis absque igne fervet, et qui propinquius indigentibus non subvenit, cum possit, ferinum animum se indidisse demonstrat. Longe certe ab hoc abiit Abimelech consanguineus Ruth, qui animadvertens eius inopiam, praecepit illi, ne abiret in alterum agrum ad colligendum spicas, sed in suo legeret, quia eius erat cognata, quinimodo praecepit mesoribus, ut illi tribuerent aquas ad bibendum.

Sextum, et ultimum documentum verba illa exhibent: *Iesus proficebat sapientia, et aetate, et gratia apud Deum, et homines.* Observa quae so praecularum ordinem; prius ait, quaerendum esse gratiam apud Deum, deinde apud homines. Contrarium huius saeculi cultores facilitatis, nam primum quaeritis, et impensius gratiam hominum, cui adeo inimitimi, ut frequenter in obicem convertatur ad quaerendum postmodum gratiam Dei, praeposterus certe ordo omnino commutandus, iuxta sententiam Christi Domini (Matth. 6): *Primum quaerite regnum Dei, et omnia adiciuntur vobis.* Profecit olim non parum princeps Aman in favore regis Assueri, qui altus in eius gratia radices egerat; sed quia divina gratia erat destitutus, tandem in crucem suspensus misere periit, e-

contra vero quia sanctus Ioseph gratia apud Deum prius multum profecerat, deinde etiam maxime proficit in favore, et gratia apud regem Pharaonem, adeo ut prorex totius Aegypti ab eo crearetur. Profecerunt etiam quondam in gratia apud Nabuchodonosorem sapientes, et Sathrape Babylonis; quia tamen in Dei gratia nullum preventum fecerant, quin potius innocenter Daniele variis insidiis, et fratribus circumvenerunt, in lacum leonum missi sunt, bestiarum facti cibus; e contra vero sanctus Daniel, qui in gratia Dei progressus multos fecerat, uberem etiam gratiam apud regem nactus est. Ecce, fratres, nullum medium efficacius adhiberi potest ad humanum principum favorem conciliandum, quam prius divinum implorare, ut experta fuit insignis illa foemina Iudith, quae, ut legimus (c. 12), ut inveniret gratiam coram principe Holoferne, prius lacrymis, et ieiunium divinum gratiam quaesivit, coelestemque favorem enixe invocavit: efficacitateque huius modis exitus comprobavit, cum conciliata sibi Holofernis gratia, captus ille fuit in oculis eius, et ipsa divino favore suffulta, opportunitatem habuit, ipsius caput amputandi. Similiter etiam regina Hesther, ut regis Assueri exandescerent animum in Hebraeos militare, prius divinum favorem imploravit, et illo impetrato adit ad regem Assuerum, et tantam gratiam in oculis eius invenit, ut ad eius preces sententiam mortis latam contra illos mutaret, reginamque multis favoribus verbo, et opere curaret.

Tandem, ut in hoc genere argumenti paucis verbis dicam, credite mihi, fratres, errant toto coelo, qui se hominum favorem, divino spreto, consequuturos falso sibi blandiuntur: favor enim divinus clavis est, quo facilis patet aditus ad humanum. Unde quemadmodum, si quis arenam fortissimam ingredi tentaret, fores omnes obstratas habentem, frustra absque clave reserare eam conaretur; ita certe, cum cor regis in manu Dei sit, et quocumque voluerit, inclinabit illud, ut ait Sapiens (1. Proc. c. 21), opus est divino favore, quo, velut clave reseretur cor regis, et ad eius gratiam nobis pateat aditus. Concludo, sacrum Evangelium non dixisse, Christum Dominum profecisse gratia apud omnes homines, sed, *apud homines*: ut hinc servis Dei intelligent, nihil sibi curandum, si omnibus placere non possint, cum enim multi multa iniusta velint, opererent certe ut placerent illis, displicere Deo. Sanctus Moyses non omnibus Hebraeis gratus exiit, sed contra illum multi graviter murmurarunt. David licet aliquin multa obsequia regi Sauli praestitisset, tamen apud illum gratiam non inveniebat. Christum deinde nemo est, qui ignoret, quod cum aliquin ipsius sanctificatis auctor esset, multis fuit deestabilis, et odio habitus. Unde sanctis, et servis Dei contingit illud, quod de manna sacra narrat eloquia: cum enim in se suavissimus, et dulcissimus cibus esset, multis tamen erat ingratus, adeo ut dicerent (Num. 21): *Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo*. Auram igitur humanam despiciamus, divinam gratiam praecipue

quaerentes, quam nobis praestare dignetur, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XIII.

Haeretici verba hodierni evangelii in pravos sensus intorquentes multis calumniis insectantur Deiparam, sed ab illis omnibus apertissime vindicatur innocentissima Virgo, in illa verba: Fili, quid fecisti nobis sic? et quid est, quod me quaerebatis? nesciebatis, quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse? et ipsi non intellexerunt, quae locutus est ad eos: quae variis expositionibus illustrantur.

Haeretici pro insatiabili, quae aestuant, male dicendi libidine, caninis dentibus lacerare conantes innocentiam Deiparae Virginis, efrangentem petulantiam eam impetentes, innumeras calumnias excitant, ut illum quoque modo peccati ream probent; sed frustra, quia, ut alio dixit David (Psal. 10): *Quaeretur peccatum illius, sed non invenietur*. In primis igitur Culmanus (in Evangelium Dominicae primae post Epiphaniam), affirmat, matrem accusasse filium, dum dixit: *Fili, quid fecisti nobis sic?* Brentius (hom. 9. in Luc.) putat, Virginem in hanc cogitationem incidisse: *Si hic esset Messias, obediret parentibus, et clam ab illis non se subduaxisset*. Georgius Maior (in explicit. eius. Evang.) non vult dicere, Virginem negligentia sua amississe puerum Iesum. Centuriatoris (lib. 1. Centur. 4) culpam Virginis magis exaggerantes, comparant illam cum culpa Evae, dicentes: *Eva sciens, et volens facit contra mandatum Dei, Maria insciens, et contra voluntatem, amittit filium, sed nihilominus graviter peccat*. Similis est latratus Hemnigii haeretici, in Evangelium Dominicae primae post Epiphaniam blasphemiam hanc evomentis: *Maria contulit summam miseriam suam cum miseria Evae, nam, ut illa genus humanum a diabolo seducta perdidit, ita virgo existimavit, se sua negligentia amississe mundo promissum Salvatore. Haec omnia hi hauserunt ex turbido Lutheri fonte, in postilla super hoc evangelium; nec enim meliora discipuli tradiderunt, quam a suo praepetore Luthero didicerunt. Sed non cessant adhuc in beatam Virginem alii haeretici magis insanientes debacchari: nam Spangenbergius addidit, Virginem culpam suam agnoscentem, aeterno supplicio dignam se iudicasse. Cossius in postilla supra dictam Dominicam, ultra debitum modum excessisse tradit dolorem Virginis in amissione filii sui, animoque defecisse prae ingenti moerore. Novatores, et alii Haeretici (in cap. 2. Luc.), dicunt, h. Virginem reprehensam fuisse a Christo tum quando ei dixit: *Nesciebatis, quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse?* et cum, quibusdam et nunciabantibus adesse foris matrem, et fratres expectantes eum, ipse respondit, aspera illa*

verba, ut ipsi putant, *quae est mater mea, et qui sunt fratres mei?* etc. Alii Haeretici cum Brentio (hom. 2. in Luc.), errore, et ignorantia laborasse indicant, cum existimavit Iesum esse in comitatu, cum tamen aliter se res haberet; et cum non intellexit verba Christi, Luca dicente: *Et ipsi non intellexerunt quae loquutus est ad eos*. Consulto missam facio calamitiam aliorum circa verba illa, *quid mihi, et tibi est, mulier?* quia de hac expressio nobis disserendum est suo loco, cum libro sequenti de nuptiis Chanae Galilaeae sermonem insitueamus. Ceterum, quia pauca Corvino haeretico in matrem Dei convicio rum iacula convertisse videbatur, ipse, instar corvi, rapacibus suis unguibus, et acuto rostro columbam discerpentis, ineplissime, et inverecundissime subiunxit: *Beatam Virginem, cum amisit filium, fidei etiam de eius divinitate iacturam fecisse*. Verum, iam non miror, immanissimos canes ita matrem insectari, quando etiam adversus filium, Deum, et hominem, ac totius innocentiae fontem, in hunc modum illum increpantes, oblatrariunt: *Durus quidem, inquit Ioannes Agricola (in secundum cap. Luc.), quam alioquin conveniebat, alloquitur matrem expostulantem secum Iesus*. Proh nefas, quantum in his suis electis organis valet bestia illa (Apocalyp. cap. 13), quae contra Deum, et contra Dei tabernaculum ingentes blasphemias eructavit.

Ceterum, ut innocentissimam Virginem ab his omnibus calumniis vindicare exortiar, ad illam evincendam, quae eius fidem habefactare contendit, verba solum divi Augustini (serm. primo de assumpt. Virg.) mihi usurpabo: *Non potuit, inquit, Maria divinitati Christi non esse credula, quae noverat hunc se non virili semine secundum ordinem naturae, sed divino spiramine, nunciante Archangelo concepisse*. Quod autem aiunt, ex acerbitate doloris de amissione filii, animo defecisse in illo triduo: vel illa una ratio falsum satis id convincit, quod si, cum aliquin vulnus doloris mortuo pectori illatum ex morte filii longe acerbitus fuit, quam quod ex tridua eius absentia suscepti, tunc firma, et infracto animo persistit, ut docet divus Bernardus (serm. qui incipit Signum magnum), aperte convincitur, in moerore isto multo leviori Mariam non succubuisse, ut perperam isti contendunt: et certe ipsi ignorare non possunt, quam vere dictum sit illud (Prover. 15): *Secura mens, iuge convivium*; et quod Prophetia regius affirmat (Psal. 118): *Pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum*: certo enim sibi persuasum habent, ac reipsa comperiunt, diligentibus Deum, ut et Paulus testatur, in bonum omnia cooperari. An iustorum non est, fuitque semper proprium, secundis rebus non extolli, et adversis supra modum non deprimi; sed ad omnes huius vitae casus invicto durare pectore, quin et praesenti cruce laetari? Expertus est non semel id divus Paulus, qui usque ad tertium coelum raptus, magnitudine certe revelationum non extollebatur, nec etiam calamitatibus oppressus, animo cadebat; quin potius

robustior reddebatur, ipso dicente: *Cum infirmor, fortior sum*. Notum etiam est dictum Sapientis (Prov. 12): *Non contristabit iustum quicquid ei acciderit*. Car igitur si aequi volunt esse censors, cur, inquam, perfectae fidei, invictae patientiae, constantis animi, et heroicae fortitudinis praeconium nunc uni Mariae detrahunt, quod multis aliis veteris, novique testamenti viris, et foeminis vere piis, et iustis largiuntur?

Iam nunc paulatim singula verba tam matris, quam filii, quae haeretici non absque ingenti utriusque iniuria depravare satagunt, explanare properemus iuxta veram, et catholicam Ecclesiam Romanam, et sanctorum Patrum, ac aliorum nobis nominis Interpretum intelligentiam. Et quidem in primis, quod atinet ad verba Virginis, *fili, quid fecisti nobis sic?* ab omni prorsus increpatione, et amarulentia longe aliena sunt: bifariam enim potest, iuxta germanum sensum, interrogatio illa intelligi; primo, per modum admirantis, et causam ignorantis, quare Iesus, qui de ea carnem sumperat, et nasci dignatus erat, et ab infantia semper ei adhaeserat, quicquid ab ea solum amore diligebatur, ipsa nesciente, ab ea se subduceret, et huc, atque illuc ingenti dolore affectum permear permississet. Nec inusitatum est in sacra Scriptura interrogatio- nes fieri ex admiratione, ut (Isai. 14): *Quomodo cecidisti de coelo Lucifer, qui mane oriebaris?* et (Zachar. 13): *Quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum?* Hanc expositionem acceptat cardinalis Toletus (sup. 2. Ioann. annot. 61). Secundo modo potest intelligi interrogatio illa per modum cuiusdam querimoniae ex affectu materno procedentis, quasi enim filio suo conquerebatur, quod remanserit ipsa nesciente, ex quo maximus cruciatus, sollicitudo, et labor eam vexaverit; nec est indecens querimonia: nam in Scriptura legitimus, quosdam pio quodam affectu querimonia habere ad Deum, quod sibi non exaudiri ab eo videantur, et Hieronymus illud (Matth. 27): *Ut quid dereliquisti me?* querimonia quondam interpretatur: ita potuit mater conquiere de filio, quod sit derelicta, non quidem filium increpando, sicut nec filius patrem increpavit. Ac tandem ad stipulantur huic expositioni cardinalis Caetani. (in cap. 3. Luc.) et Iansenius (in sua conc.). quos secutus Chrysostomus Lusitanus (de verb. Dom. tom. secund. cap. 11) haec scripsit: *Haec virgo dicit, non arguendo, sed querulam propriae nescientiae vocem depremo; non querendo causam, cur fecerit, cur se a suo, et Iosephi conspectu subduzerit, et subducendo dolorem intulerit; sed solum affectum manifestando: noverat enim Virgo beatissima, noverat, inquam, filium suum, Deum, et hominem, nec posse quidem sine rationabili causa agere. Unde, non filium ob triduanam suam absentiam arguebat, sed tamen de sua nescientia, flii quae absentia dolebat, cuius praesentia ipsi, et Iosepho super omnes mundi delicias dulcior erat. Nec mirum: si enim David in sola Dei memoria adeo delectabatur, ut pro ea omnia negligeret, et negligenda diceret: Revertitur consolari anima mea, memor sui Dei, et delectatus sum, hoc est, nullam in his variis,*